Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis enervet. Eapropter, dilectae in Domino filiae, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et Monasterium S. Silvestri de Pereto Marsicanae Dioecesis in quo divino estis obsequio mancipate, sub beati Petri, et nostra protectione suspicimus, et praesentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundus Deum, et B. Benedicti regulam atque institutionem Monialium Inclusarum S. Damiani Assisinas, ac formulam vitae vestrae a felicitis recordationis Gregorio Papa praedecessore nostro Ordinis vestro traditam cum adhuc esset in minori officio constitutus, in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem Monasterium impraesentiarum iuste, ac canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis, et eis, quae vobis successerint, et illibata remaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum vero, in quo praefatum Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, Domos, Terras, Prata, Sylvas, et Possessiones, quas habetis in loco, qui dicitur Campus Catinus: Domos, Terra, et Possessiones, quas habetis in loco, qui Sanctus Maurus vocatur. Terram, quam habetis sub Ecclesia Sancti Petri de Castro Pereti: Terras, et possessiones, quas habetis in locis, qui Battute, et Fons de Sablun. vulgariter nuncupatur: Vineam, quam habetis sub Castro Pereti: Vineam, Terras, et Possessiones, quas habetis iuxta Formellum : Domos, Casalina, Redditus, et Possessiones, quas habetis in Castro Pereti: Molendina, quae habetis prope ipsum Castrum, cum Terris, Vineis, Pratis, Nemoribus, Usuagiis, et Pascuis in bosco, et plano, in aquis, et Molendinis in viis, et semitis, et omnibus aliis libertatibus, et immunitatibus suis. Liceat quoque vobis personam liberam, et absolutam e saeculo fugientem ad conversionem recipere, et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli Sororum vestrarum post factam in Monasterio vestro professionem fas sit de eodem loco discedere; discedentes vero nullus audeat retinere. Oleum quoque Sanctum, Consecrationes Altarium, vel Ecclesiae vestrae, benedictiones Monialium, sive alia Ecclesiastica Sacramenta a quocumque malueritis Catholico recipietis Episcopo, gratiam, et communionem Sedis Apostolicae obtinente. Cum autem generale Interdictum terrae fuerit, liceat vobis, clausis januis, excommunicatis, et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, divina officia celebrare. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci Abbatisa, vel earum aliqua, quae tibi successerit, nulla ibi qualibet subreptione, astutia, seu violentia praeponatur, nisi quam Sorores communi confessu, vel etiam maior pars consilii sanioris, secundum

Deum, et Beati Benedicti regulam provideat eligendam. Porro si episcopi, vel alii Ecclesiarum Rectores in Monasterium vestrum, vel personas regulares inibi Domino famulantes suspensionis, excommunicationis, vel interdicti sententiam promulgaverint, ipsam, tamquam contra Sedis Apostolicae indulta prolatam, decernimus non tenere. Paci quoque, ac tranquillitati vestrae paterna imposterum sollicitudine providere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Paeterea omnes libertates, et immunitates, quas Monasterio vestro quondam Abbas Monasterii Farfensis de Conventus sui assensu indulsisse dignoscitur, sicut in eorundem litteris plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipsorum Abbatis, et Conventus praesenti privilegio inferi fecimus, qui talis est.

“Matthaeus Dei gratia Monasterii Farfensis Abbas, totusque Conventus eiusdem Monasterii dilectae in Christo filiae Ymillae Abbatissae Monasterii S. Silvestri de Pereto Ordinis S. Damiani, et suis Sororibus tam praesentibus, quam futuris aeternam in Christo salutem. Quia vero dilectae in Christo filiae Mundi pompam, et delicias contempsistis, et ipsius Christi sequentes vestigia, elegistis habitare inclusae corpore, ut mente libera possitis Domino famulari, nos pium, et factum vestrum propositum in Domino commendantes, considerantes, et cognoscentes indicio evidenti ipsam S. Silvestri Ecclesiam, quae tam in temporalibus, quam in spiritualibus enormiter est collapsa, per vos posse redire ad statum prosperitatis, et Ecclesiasticae libertatis ad preces etiam Venerabili Patris Domini Raynaldi Ostien. et Velletren. Episcopi quem tamquam specialem Patrem, et praecipuum Benefactorem vestrum, et Monasterii nostri debemus, et volumus revereri, dictae Ecclesiae S. Silvestri cum omnibus pertinentiis suis, in qua estis divino servizio mancipatae, necnon vobis praesentibus, et aliis omnibus Sororibus vestris, quae post vos in praefata Ecclesia erunt, ex tunc concedimus, et damus in omnibus tam spiritualibus, quam temporalibus perpetuam libertatem, et volumus, ut illa totaliter gaudeatis perpetua libertate, qua aliae Sorores Ordinis vestri gaudent, et specialiter Assisinas, Ortanae, Perusinae, Senenses, Aretinae, Pisanae, et Florentinae. Reservamus tantum nobis, nostrisque Successoribus in Monasterio vestro duodecim solidos provenien. in Quinta Feria ante Resurrectionem Domini annis singulis Farfensi Monasterio census nomine persolvendos; et si aliquo tempore contingerit, quod in Monasterio vestro regula Dominarum S. Damiani non haberetur, ipsa Ecclesia S. Silvestri cum omnibus bonis suis ad ius, et proprietatem Farfensis Monasterii revertatur; et ad perpetuam memoriam futurorum praesentes exinde litteras fieri, et nostrorum sigillorum fecimus munimine roborari. Datum in Claustro Monasterii Farfensis Anno Dominicae Incarnationis MCCXXXIII Mense Januarii die quintadecima, Pontificatus Domini Gregorii Papae IX. Anno Duodecimo.”

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum Monasterium temere pertubare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet arctationibus fatigare; sed omnia integre conserventur earum, pro quarum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apostolicae auctoritate. Ad indicium autem huius perceptae a Sede Apostolica libertatis, unam libram caerae Nobis, nostrisque Successoribus annis singulis persolvitis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, Saecularisque persona hanc nostrae Constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo Corpore, ac Sanguine Dei, et Domini Redemptoris Nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni.

Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit Pax Domini Nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant.

Amen.

Ego Alexander Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Signum Summi Pontificis in solito Plumbo: Suscipe Domine Servum tuum in bonum.

Ego Stephanus Praenestinus Episcopus

Ego Fr. Joannes tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Card.

Ego Fr. Hugo tituli S. Sabinae Presbyter Card.

Ego Riccardus S. Angeli Diaconus Card.

Ego Petrus S. Georgii ad Velum aureum Diaconus Card.

Ego Joannes S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Card.

Ego Vvillelmus S. Eustachii Diaconus Card.

Ego Octavianus S. Hadriani Diaconus Card.

Datum Anagninae per manum Guillemi Magistri Scholarum Parmensis S. R. E. Vicecancellarii VI Kal. Iulii Indictione XIII. Incarnat. Dominicae anno 1255 Pontificatus vero D. Alessandri Papae IV. Anno primo.²⁶

Continuando a beneficiare la monache di san Silvestro di Pereto, Alessandro IV, con bolla del 19 febbraio 1257, concesse a quella chiesa diverse indulgenze per chi la visitasse in dati giorni festivi del nostro Signore, della Beata Vergine e di altri Santi. Eccone il testo:

Alexander Episcopus

Servus Servorum Dei

Dilectis in Christo filiabus Abbatissae, et Conventui Monasterii Sancti Silvestri de Pereto, Ordinis Sancti Damiani, Marsicanae Dioecesis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, salutatem, et Apostolicam benedictionem.

Sanctorum meritis incluta gaudia fideles Christi assequi minime dubitamus, qui per condignae devotionis obsequia cum venerantur in illis, quorum gloria ipsa est, et retributio meritorum, Ad promerenda igitur sempiterna gaudia causam dare fidelium Populis cupiens, omnibus vere poenitentibus, et confessis, qui ecclesiam ipsam in festivitibus gloriosae Virginis Mariae, S. Joannis Baptistae, S. Silvestri, S. Francisci, et S. Clarae, Nativitatis Domini, Parasceve, Resurrectionis Domini, Ascensionis Domini, et in Pentecoste, causa devotionis visitaverint annuatim, de Omnipotentis Dei misericordia, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius auctoritate consisi centum dies de injuncta sibi poenitentia misericorditer relaxamus.

Datum Laterani XI Kal. Martii Pontificatus nostri Anno Tertio.²⁷

Alla fine di questo secolo si trova una notizia circa i tributi versati da questo monastero. Papa Nicolò IV mandò maestro Giovanni, canonico di san Teodoro di Trevi della diocesi d'Anagni, a raccogliere i censi dovuti alla chiesa romana da varie chiese del reame delle quali a lui diede nota. Si legge che nell'anno 1290 fra quelle ... *In Epatu Marsicano Ecclia s. Mariae de Apamia, III solidos parventes, et*

²⁶ Fr. Flamini Annibali de Latera, *Ad Bullarium Franciscanum*, pag 61-66. In riferimento a questa pergamena viene riportato in alto alla pagina 61 "Ex Autographo Pireti asservato in Archivo nobilis Familiae de Maccaphanis".

²⁷ Fr. Flamini Annibali de Latera, *Ad Bullarium Franciscanum*, pag 106-108. In riferimento a questa pergamena viene riportato in alto alla pagina 106 "Ex Archivo nobilis Familiae de Maccaphanis eiusdem Oppidi".

*unam libram cerae Monasterium S. Silvestri de Pereto ordinis S. Damiani, unam libram caere
annuatim* ²⁸ ...

²⁸ *Liber censuum Romanae Ecclesiae a Centio Camerario Compositus secundum antiquarum Patrum regesta et memorialia
diverfa* An: 1192 Pontifical. Celestini PP III an: III relat. a Murator. Antiquit. Ital. tom: V p: 859 B
Antinori, *Storia degli Abruzzi*, tomo 2, par. 12, p. 191 an: 1290
Alb. Vatenn. Catal. Arch. S. R. C. in Mur. A. I; Tom: 6 diss. 71 C. 153. 154 circa an: 1290

Nei corridoi dell'atrio del convento di san Francesco delle Celle di Carsoli si vedeva ancora nell'anno 1780, come riporta Gian Gabriello Maccafani nella sua *Historia cronologica*, “a muro dipinto S. Chiara circondata di Celesti splendori col seguito di molte monache che fanno viaggio per la celeste Gerusalemme e da un angolo si vedono due frati addormentati o pure estatici in simil visione sotto lo scabello dove un de quali poggia la testa vedesi scritto a chiari caratteri: Le monache di Pereto”²⁹

Restò alla fine spoglio di monache ed il monastero iniziò la sua decadenza. La causa è da rintracciarsi “... al riferir dell'antiche memorie che all'insolenza di alcuni malvagi. Capitati ivi alcuni facinorosi dieder subito principio alle prede ed insulti e quantunque costoro poscia partissero seguitarono tuttavia a far le stesse insolvenze le genti del detto paese e per lo spazio di molti anni ritirandosi ivi consimili arroganti altro non facevan che insulti e devastamenti de beni del monastero. A tali violenze non potendo per più spazio di tempo le monache resistere si partirono da quel luogo ed andiedero disperse ad occupare altri monasteri ... ”³⁰.

Quando potrebbe essere successo? Così cerca di datare Gian Gabriello nel 1780: “...Nel cappellone del sacro tempio che tuttora vedesi intatto dall'ingiuria de tempi rimirasi a man destra una antichissima pittura, rappresentante in mezzo S. Francesco con S. Antonio abate a man destra, ed a sinistra S. Berardino da Siena. Tal pittura rappresentando due frati minori e probabilissimo che sia stata fatta far dalle monache di quello ordine e nel tempo che ivi dimoravano. Se questo argomento mi si concede ne tal monastero estinguessesi dopo l'anno 1444 per esser in quell'anno morto S. Berardino da Siena. Potrei per convalidare simil congettura addurre in prova le campane fatte nel 1357 e la tribuna ivi trovata fatta nel 1387 le quali cose tutte convien credere che ivi fussero mentre vi eran le monache...”³¹.

²⁹ Maccafani Gian Gabriello, *Historia cronologica*

³⁰ Maccafani Gian Gabriello, *Historia cronologica*

³¹ Maccafani Gian Gabriello, *Historia cronologica*

Partite da questo monastero le monache ritornò il monastero e la chiesa di san Silvestro in potere dei monaci farfensi. Fu ridotto a beneficio o sia rettoria, e andava di giorno in giorno disfacendosi. Accorsero a tali disavventure i Maccafani col contribuire elemosine, utilizzate per il riattamento del tutto e col beneficiare il detto luogo.

Giovanni Ursini, arcivescovo tranense ed abate di Farfa, donò ai Maccafani il iuspatronato di detta chiesa e beneficio. Il primo rettore che a noi sia giunta notizia è un certo frate Guglielmo (o Guillermo) la di cui menzione rimirasi nella bolla spedita a Francesco Maccafani del detto beneficio, bolla del 30 gennaio 1458:

Ioannes de Ursinis Dei et Aplicae Sedis gra Archiepus Tranne. nec non Abbas abbatae Farfens.

Dilecto nobis in Xto Iurisperito viro Dno Francisco quondam Notarii Antonii de Maccaphanis de Pereto Marsic. Dioec. Salut. in Dno sempiternam. Tuae probitatis et virtutum merita vitaquae laudabilis ac litterarum peritia de quibus apud nos fide digno comendaris testimonio nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est quod vacante in pntia Ecclesia S. Silvestri de praedicto Castro Pereti per privationem Fris Guilliemi gallici eiusdem ecclesiae ultimi et immediati Rectoris qui cum illicentiatas at per quedam evidentia signa non redeundi animo rerarisset diutius expectatus deinde citatus legitime ac pluries monitus per nos indicta Ecclesia fuerit ad debitam residentiam in ipsa faciendam infra tempora a iure praefixa qui etiam infra dicta tempora non rediit nec excusationem aliquam suae absentiae fecit et exinde amplius ex gratia expectatus cum tandem nullo modo venerit.

Nos providere volentes eidem Ecclesiae quae per absentiam Rectoris multa incomoda passa est et maiora pati poterat verisimilitex in futurum tam in ruina edificiorum quam aliorum et spiritualium et temporalium bonorum ipsius eundem Frem Guillm rite et iuste Sma nra diffinitia dicto Beneficio Ecclesiastico saepaeditae ecclesiae S. Silvestri duximus esse privandum atque privamus. Eandemque Ecclesiam sic ut praemittimur vel alio quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona etiam per resignationem vacantem cum omnibus iuribus et pertinentiis quis ad representationem nobis de te canonice factam ad regimen eiusdem ecclesiae per nobiles viros Iacobum et Iohannem fratres tuos filios quondam iam dicti Notarii Antonii a nobis et monasterio nostro Farfensi habentes juspatronatus ac facultatem praesentandi Rectorem in eadem Ecclesia quotiens ipsam vacare contigerit cuiusque collatio, institutio et confirmatio ad nos immediate pertinere dignoscatur praemissorum meritorum tuorum intuitu tibi conferimus et de ipsa etiam providemus. Investientes te coram nobis constitutum praesentialiter per nostrum anulum de eadem.

Et ut haec nostra institutio et confirmatio efficacior sortiaturoboris firmitatem comictimus honesto viro domno Antonio de Oleo presbitero de Pereto p te vel procuratorem tuum tuo nomine nostra auctoritate ... corporalem possessionem iamdictae Ecclesiae S. Silvestri et omnium iurium et pertinentiarum ipsius inducat et ponat ac defendat inductum faciatque tibi vel dicto tuo procuratori de fructibus redditibus, proventibus iuribus et obvertionibus universis tamquam vero et indubitato ipsius Ecclesiae Rectori de caetero integre responderi. Contradictores quoslibet et rebelles eadem auctoritate per censuram eccliasticam compescendo. In quorum fidem et testimonium presentes litteras nostras exinde fieri tibi fecimus nostri soliti pontificalis sigilli appensione communitas.

Dat. in Podio Morteti in domibus nrae residentiae die penultima mensis Ianuarii sextae indictionis MCCCCLVIII. Pontificatus SSmi in Christo Pris et Dns nri Dni Calisti divina providentia pp III anno tertio I. de Ursinis Archiepus Tranen. Abas Farfen. manu pp spi³²

I Maccafani ricevuta questa donazione di iuspatronato volsero l'animo a riportare la chiesa nell'antico decoro e riattare il monastero minacciante rovina e unirono a questa chiesa e rettoria due benefici cioè di san Tommaso e sant' Angelo, rurali chiese di Pereto di loro antico iuspatronato, e ne formarono un beneficio sotto la cappellania coll'invocazione di san Giovanni Evangelista nell'altare maggiore di san Silvestro. Riattarono l'annessa abitazione con oltre cento fiorini di oro "di camera" fra beni e mobili. Eseguita tutte queste opere fecero supplica al sommo pontefice Paolo II affinché gli avesse di nuovo confermato questo iuspatronato nella chiesa e rettoria di san Silvestro. Il papa concesse le richieste avanzate nell'aprile 1466 allorquando gli spedì la bolla seguente:

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Vicario Venerabilis Fratris nostri Episcopi Marsican. in spiritualibus Generali, salutem, et Apostolicam benedictionem.

Regimini universalis Ecclesiae praesidentes, sincere obsequentium vota fidelium ad exauditionis gratiam libenter admittimus, et favore benevolo consovenemus. Sane pro parte filiorum dilectorum Jacobi, et Ioannis Antonii de Machaphanis de Pireto, Fratrum Laicorum, Marsivanae Diocesis, petitio continebat, quod Ven. Frater Noster Joannes Archiepiscopus Tranensis, qui Monasterium Farfense Ordinis S. Benedicti nullis Dioecesis, ex concessione, et dispensatione Apostolica obtinet in Commendam, provide attendens, quod ipsi Fratres, et eorum Progenitores, ad Ecclesiam S. Silvestri dictae dioecesis, cuius collatio, provisio, et omnimoda dispositio, dum pro tempore vacat, ad Abbatem dicti Monasterii pro tempore existentem, de antiqua, et approbata, ac hactenus pacifice observata consuetudine pertinet, retroactis temporibus gesserant, prout ipsi Fratres adhuc gerebant, singularem devotionis affectum, ilamque multipliciter melioraverant, et de bonis eorum propriis Domum dictae Ecclesiae reficere proponebant, et quod S. Angeli, et Thomae Rurales Ecclesiae dictae Dioecesis, quae de jure Patronatus eorumdem Fratrum existebant, perpetuae Cappellaniae sub invocatione S. Joannis Evangelistae ad Altare Majus dictae Ecclesiae S. Silvestri, ordinaria auctoritate perpetuo unirentur, annecterentur, et incorporarentur, consenserant ex praemissi, et certis aliis tunc expressis causis rationabilibus jus Patronatus, et praesentandi Personam idoneam Abbati dicti Monasterii pro tempore existenti ad dictam Ecclesiam S. Silvestri, quoties illa ex tunc vacare contingeret, eisdem Fratribus per se, et eorum Haeredibus in perpetuum sua auctoritate concessit, atque donavit, prout in quibusdam litteris authenticis, ipsius Archiepiscopi sigillo munitis, plenius dicitur contineri.

Et sicut eadem petitione subjungebant Fratres praedicti, omnia praenarrata, ut praefertur, pro majori parte fecerunt, et totaliter adimplevere, ac quosdam postes, et bona immobilia valoris centum florenorum aureorum de Cammera, ad ipsos Fratres legitime pertinentis, Ecclesiae S. Silvestri, cuius fructus, redditus et proventus viginti florenorum aureorum similium, secundum communem existimationem, valorem annum non excedunt, in augmentum dotis illius dare, et assignare parati existunt. Quare pro parte eorumdem Fratrum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut jus Patronatus huiusmodi, et praesentandi Personam idoneam, ut praefertur, eis de novo concedere, aliasque in praemissis eis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui de praemissis certam notitiam non habemus huiusmodi supplicationibus inclinati, discrezioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus si, vocatis Rectore dictae Ecclesiae S. Silvestri, et aliis, qui fuerint evocandi, de praemissis omnibus, et singulis tibi legitime consistenter, postquam Fratres praefaticompleverint, quae facere tenebantur, iuxta factae omnis concessionis praedictae tenorem, et

³² Maccafani Gian Gabriello, *Historia cronologica*

Ecclesiam S. Silvestri praefatam sufficienter dotaverint, jus Patronatus huiusmodi, et praesentandi Personam idoneam ad ipsam Ecclesiam S. Silvestri Abbati dicti Monasteri pro tempore existenti, quoties illa ex tunc in posterum vacare contigerit, eisdem Fratribus, et eorum Haeredibus, et Successoribus in perpetuum auctoritate nostra concedas, non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, necnon Monasterii, et Ordinis praedictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis Statuis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

*Datum Romae apud S. Marcum, Anno Incarnationis Domini millesimo quatragesimo sexagesimo sexto. Decimo septimo Kal. Aprilis. Pontificatus nostri anno Tertio.*³³

A fronte di questa bolla fu dato il possesso del iuspatronato dal vicario dei Marsi a Giacomo e Giovanni Maccafani “... siccome rimirasi nello istrumento a tal effetto rogato presso di noi esistente il quale nel 1467 fu affisso nei cantoni di Pereto...”³⁴

³³ Fr. Flaminii Annibaldi de Latera, *Ad Bullarium Franciscanum*, nota a pag 56. In riferimento a questa pergamena viene riportato prima della descrizione della detta pergamena “... ex Diplomate Pauli II, cuius extat exemplar in archivio praelaudatae Familiae de Maccaphanis, quod hic evulgare placet.”

³⁴ Maccafani Gian Gabriello, *Historia cronologica*

Seguirono i Maccafani a godere tale iuspatronato fino all'anno 1533 quando fu fatto rettore Gian Eustachio Maccafani. Ma non passò molto tempo che gli fu tolto dai Colonna.

Era a quei tempi duca di Tagliacozzo Ascanio Colonna, principe romano e vicerè delle due Sicilie. Questo essendo stato istigato dal suo segretario, Alessandro de Ripa,³⁵ privò, dopo la morte di monsignore Gian Dionisio Maccafani, il suo fratello Gian Eustachio, dichiarando che il detto Gian Eustachio possedeva i detti benefici per parte di monsignor Dionisio, come se Gian Eustachio non fosse stato confermato rettore con autentiche bolle dall'abate farfense e dal vescovo, come se egli fosse il padrone di quella rettoria. I Colonna, arrogandosi una autorità, scacciarono Gian Eustachio da questa rettoria e vi inserirono il loro segretario Camillo de Ripa.

I Maccafani fecero querela contro Ascanio Colonna, ma non ottennero nulla. Alla fine per esser giustificati e reintegrati ancora del ius esposero le loro ragioni in giudizio. Fu dimostrata la privazione, come riportato nel processo il cui originale si conserva va presso la famiglia Maccafani. Di questo processo ne è portata una trascrizione nelle note della storia di san Silvestro redatta da Gian Gabriello Maccafani. Di seguito ne viene riportato il contenuto del processo.

Processo Maccafani

Presens comparitio exhibita et presentata fuit Rdo D. Marino Antonio Generali Vicario Marsicano, et Commissario deputato per Illmum D. Ascanium Columnam pro parte D. Ioannis Eustachij Maccaphani de Pereto per Ioannem Mariam ejus Germanum Fratrem petentem eam recipi omni modo meliori

Die 22 Ianuarij 1540

Rubrica supradicti q.ti interrogentur testes examjnandi ad instantiam D. Ioannis Eustachij Maccaphani de Pireto super tentam possessionem et perceptionem fructum ecclie et beneficiorum S. Silvestri, et S. Marie de Monte de Pireto Diecesis Marsorum in curia magnifici D. Francisci Alexandri Morlinis de Sulmon. Carseolorum Gubernatoris de commissione Commissariorum, Rdi D. Marini Antonji de Piscina Vicarij Generalis Marsicani, et Magnifici D. Salvatini Salvis de Trevio Auditoris Illmi O.D. Ascanii Columne =

Rdus D. Lucas Sebastiani de Rocca Buttis vicarius Forane us Carseolorum

D. Andreas Dorisij de Pireto

D. Antonius Camposicci silmiliter de Pireto

Cosmus Gregorij Balduini de Rocca de Buttis

Ioannes Antonutij de Pireto

Antonius Palumbi, alias Centofanti

Antonius Bovis de eodem

Interrogentur primo testes desuper examinandi: - Se loso sanno o hanno inteso, o vero se hanno visto tenere, e possedere al detto Misser Ianni Statij le sopradette due Chiese, Beneficij, possessioni e beni di dette Chiese come Rettori, e Beneficiati delle chiese prefate pigliando li frutti, rendite, e panni di esse chiese, e de suoi beni come Rettori e Beneficiati per omni tempo, che non vi è memoria incontrario pacificamente, e senza minima contraria diceria.

³⁵ Qui il manoscritto di Gian Gabriello sulla chiesa di san Silvestro riporta il nome di Alessandro, mentre nell'elenco degli abati e più avanti nel testo il nome è Camillo.

I.r 3° Se hanno visto, o hanno inteso che Misser Francesco della casa di Maccafano, e successive poi Monsig.re Giorgio Vescovo di Sarno similmente di Casa Maccafano, et appresso D. Ianni Maccafano e successive lo Vescovo Dionisio, ultimo lo detto Misser Ianni Statio ordine successivo hanno tenuto e posseduto le due Chiese e beneficij pigliando li frutti, rendite, e prezzi delle due chiese, possessioni, e beni di esse, come Rettori, e Beneficiati di dette Chiese pacifice, senza minima contraria diceria per tempo che non vè memoria in contrario.

I.r 4° Si domandino se li detti di Maccafano in tempo che sono vacati detti Beneficij di dette Chiese. signanter S. Silvestro. e per le ragioni che hanno del iuspatronato nella detta ecclesia, e se per vigor della presentata collazione fatta dalli predetti di Maccafano, li detti Rettori e Beneficiati di detta Chiesa pro tempore. che sono stati instituiti e confermati e possedere dette Chiese e Beneficij per vigore ut supra della Presentata e collazione fatta per li uommini, e persone della casa di Maccafano.

Venerabilis Vir D. Lucas Sebastiani de Rocca de Buttis Vicarius Foraneus Carseolorum primus testis inductus. prod. citat. monit: interrog; et dixit primus cum iuramento examinatus in presentiar more Sacerdotali super primo interrogatorio Rs. dixit: che lui sa ha visto possedere S. Maria del Monte ad Misser Ianni Eustachio di Pereto e che lui ci ave cantata la messa in lo di di S. Barnaba per comissione del prefato Ianni Eustachio Maccafano come Rettore di detta Chiesa di S. Silvestro pacifice, e quiete similmente et minima contraria diceria

Interrogat: de tempore dixit che fu alli 32, et alli 33

Interrogat: de loco dixit in ecclis S. Marie de Monte, et S. Silvestri

Interrogat: de contestibus dixit de se teste. et predicto D. Ianne Eustachio Rectore dictarum eccliarum, et D. Luca Modi. et D. Marco de Arce buttis, et D. Andrea Adorisij, D. Bir.o de Colettis de Pireto Cosmus Gregorij Balduini de dicta Roccha Buttis alter testis similiter inductus prod. cit. relat. monit. interrog. diligenter examinatus ad instantiam supradicti D. Eustachij Maccaphani Rectoris supradictarum super dicto possessorio testis suo iuramento dixit chè non son che alli 32 et alli 33 per quanto si ricorda ave visto possedere lo Beneficio di S. Maria del Monte ad M.r Ianni Eustachio di Pereto, e che lui lavorando certo pezzo di terra della detta Chiesa posto in loco detto Serra Secca, li ave fatta la risposta del grano come Rettore e Padrone di detta Chiesa. In causa scientie dixit predicta scire, quia vidit, audivit, interfuit, presens fuit

De loco et tempore dixit ut supra

Interrogatus de contestibus dixit, de se teste, et D. Ianne Eustachio supradicto, et D. Remo, et pluribus aliis, de quibus ad presens dixit se non recordari.

Antonius Palumbi, alias Centofanti Massarius Castri Pireti alter Testis similiter inductus, prod. citat: relat. monit. interrog: et diligenter examinatus ad instantiam supradicti Iannis Eustachij Maccaphani super dictis interrogatoriis, et testis suo iuramento dixit se ho r(?) non.

Interrog: super primo dixit si hoc sciret. Che lui ave visto possedere lo beneficio di S. Silvestro e S. Maria del Monte a M.r Ianni Eustachio, e che lo prefato M.r Ianni Eustachio li ave dato la Botiga in lo di di S. Barnaba, dove si fa la Feria, che lo prefato ave pagato lo prefato Ianni Eustachio dello loco della Bottiga come Rettore, e Padrone di detta chiesa per due anni, e questo in lo 1532 e 33

Interrog: super 2° dixit, che dal tempo, che lui si ricorda, che sempre ha visto possedere la Chiesa di S. Maria del Monte, e Santo Silvestro alli Uomini di Casa di Maccafano, e li ave visto pigliare li frutti, grani, vini, come Rettori, e padroni di dette Chiese pacifice, e quiete e senza minima contraria diceria

Interrog: super 3° Dixit che lui si ricorda aver visto possedere iiii beneficij di S. Maria del Monte, e S. Silvestro a M.r Francesco Maccafano, e poi a Monsig.re Giorgio Vescovo di Sarno di Maccafano, ed appresso a D. Ianni Maccafano, e poi a Monsig.re Dionisio Vescovo Marsicano, e di poi a M.r Ianni Satio, e che hanno tenuti, e posseduti detti beneficij, et pigliati li frutti, et risposta come Rettori, e

Padroni, e da ottanta anni che lui si ricorda anno posseduto S. Silvestro, e che mai li è stato dato impaccio alcuno. In Causa scientie predicta scire, quia vidit, audivit, interfuit, presens fuit

Interrog: super 4° articulo. Dixit, che dal tempo che lui si ricorda sempre ave inteso dire che la Casa Maccafano hanno presentato S. Silvestro per vigore del luspatronato alli Uomini di detta Casa Maccafano

Interrog: de tempore dixit ut supra

Interrog: de loco dixit in terra Pireti

Interrog: de contestibus, dixit de se, Antonio Androne, et Antonio Bovis, et pluribus aliis de quibus dixit se precise non recordari.

Venerabilis Vir D. Andreas Dorjsij alter testis inductus product: cit: relat: monit: interrogatus diligenter examinatus super dictis interrogatoriis cum iuramento more Sacerdotali cum suo iuramento dixit se Interrogatus super primo dixit. Che lui sa che M.r lanni Eustachio ave tenuti, e posseduti li Beneficij di S. Silvestro, e S. Maria del Monte, e che lui insieme con D. Antonio Camposicco di Pereto, per commissione dello prefato M.r lanni Eustachio come Rettore hanno pigliato tutti li panni, denari, ed altre robbe, che entravano in lo di di S. Barnaba a S. Maria del Monte, e che le prefate robbe, e denari si furono consegnati in potere del prefato M.r lanni Eustachio come Rettore, e padrone di detta Chiesa, e questo dice essere stato per due anni cioè nell'anno 1532 e 1533 che lo ave visto possedere pacifice, e quietamente senza fastidio, ed impaccio alcuno. Circa S. Silvestro lui dice esse stato mandato dal prefato M.r lanni Eustachio insieme con D. Antonio in lo di di S. Lucia, e S. Silvestro a mettere le relliquie ed altri panni di detta chiesa, e che ave pigliata l'offerta, e datata in mano del prefato M.r lanni Eustachio, come Rettore e Padrone di detta Chiesa, e beneficio, e che lo possedette fino a cinque mesi, ut circa senza esserli dato impaccio alcuno

Interrog: 2° dixit che da trentotto anni che lui si ricorda sempre aver visto possedere la Chiesa di S. Maria del Monte, e di S. Silvestro alli Uomini di Casa di Maccafano et signanter a M.r Giorgio Vescovo di Sarno, di poi a D. lanni Maccafano, e lo Vescovo Dionisio, e di poi a M.r lanni Eustachio, li quali sempre sono state tenuti, e reputati come Rettori, e Padroni di dette Chiese, e che li ave visto pigliare risposta cioè grano, vino, fieni, e frutti di S. Silvestro, e S. Maria del Monte, e che non li è stato impaccio da persona alcuna

Super 3° interrogatorio dixit ut supra

Interrog: super 4° dixit che lui ave inteso dire, e di poi ave visto che essendo vacata la chiesa di S. Silvestro, che li Uomini di Casa Maccafano hanno sempre presentato per vigore del luspatronato, e quelli a lui sono stati presentati hanno posseduto come Rettori, e Padroni di detta Chiesa quietamente e pacificamente; Circa S. Maria, che lui sempre ave inteso, e poi ave visto la renuncia fatta da D. lanni Maccafano in persona di M.r lanni Francesco Maccafano, di poi ave inteso, che il prefato lanni Francesco la rinunciò al prefato M.r lanni Eustachio.

Interrog: in causa scientie dixit ut supra

Interrog: de loco dixit in castro Pireti, et in Ecclia S. Marie de Monte

Interrog: de tempore dixit ut supra

Interrog: de contestibus dixit de se, et D. Antonio Camposicco de Castro Pireti et pluribus aliis de quibus precise dixit ad presens se non recordari.

Ioannes Antonius de castro supradicti Pireti alter testis inductus produc: citat: relat: monit: interrog: diligenter examinatus ad instantiam supradicti, supradicta rubrica et testis suo iuramento dixit si ho.

Interrog: super p.o dixit che lui fu testimonio quando M.r lo: Maria in nome di M.r lanni Eustachio suo fratello pigliò la possessione di S. Silvestro, e che d.i poi ha visto pigliare le offerte al prefato M.r lanni Eustachio di detta chiesa, come Rettore, e Padrone, senza minimo impaccio.

Interrog: super 2° dixit che lui ha inteso. e poi visto possedere S. Silvestro e S. Maria del Monte sempre alli Uomini di casa Maccafano di Pereto pacificamente e quietamente e pigliare frutti risposte delle possessioni di dette Chiese senza nessuno impaccio

Interrog: super 3° dixit che lui ha visto possedere il beneficio di S. Silvestro e S. Maria del Monte a D. lanni Maccafano, e poi allo vescovo Dionisio, et poi a M.r lanni Eustachio, cioè lo beneficio di S. Silvestro, ma di S. Maria dice averlo visto possedere a D. lanni Maccafano e poi a M.r lanni Francesco Maccafano e poi a M.r lanni Eustachio Maccafano. e che li ha visto pigliare risposte di terreni, Prata, e possessioni di detta Chiesa come Rettori e Padroni

Interrogat: super 4° dixit che lui ave inteso dire, che ogni volta, che è vacato lo beneficio di S. Silvestro, et iusto per quaranta anni che lui si ricorda, che sempre lo hanno presentato li uommini di Casa di Maccafano, ed a chi sono stati presentati. hanno posseduto pacificamente, e quietamente come Rettori. e Padroni

Interrog: in causa scientie dixit predicta scire, quia presens fuit. interfuit

Interrogat: de loco et tempore dixit ut supra

Interrog: de Contestibus: Dixit de se Teste, et Cola Simonis, et D. Bir.e de Colectis de Castro Pireti.

Venerabilis Vir D. Antonius Camposicci alter testis ind: prod: citat: relat: monit: ac diligenter examinatus more sacerdotali iuravit in presentia

Interrog: super p.o dixit che esso insieme con D. Andrea di Dorisio soprascritto fu mandato da M.r lanni Eustachio come Rettore di S. Maria del Monte in lo 1532 e 1533 ad agiustare la chiesa in lo di S. Bamaba, et pigliare tutti i denari, voti, panni, e tutte robbe, che entrarono in detta chiesa, e che lui pigliò i denari suddetti. robbe e li consegnò a M.r lanni Eustachio come Rettore, e Padrone di detta Chiesa e che lui dette a mangiare alli preti in detto di per commissione. ed ordine del prefato M. lanni Eustachio, e che esso riscosse la Feria riconsegnò li denari al prefato M.r lanni Eustachio. In conto di S. Silvestro lui dice essere stato insieme con D. Andrea sopradetto ad mettere le reliquie et ad accomodare la Chiesa nello di di S. Lucia, e che ave visto possedere, pigliare i frutti, ed offerte al prefato M.r lanni Eustachio di detta Chiesa quietamente e pacificamente

